



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

19. In Festo Paschali, Iesus ex zelo domus Dei eijcit è Templo vende[n]tes
& eme[n]tes. Et occultè morte[m] & resurrectione[m] sua[m] Iudæis
pr[a]esignificat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 19. Festo Paschali Iesus ex zelo domus Dei eum comedente, eiecit e templo
vendes & ementes. Et occulit mortem & resurrectionem suam
Iudeis præsificat. Iohan. Cap. 2. *18.

S. Mattheus

S. Marcus.

S. Lucas.

POST hoc descendit Capharnaum ipse & Mater eius, & fratres eius, & Discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus. Et propè erat Pascha Iudeorù, & ascendit Iesus Ierosolymá: & inuenit in Téplo vendentes boues & oves & colúbas, & numularios sedètes. Et cum fecisset quasi flagellù de funiculis, omnes eiecit de Téplo, oves quoq; & boues, & numulariorù effudit, & mēsas subuertit. Et his qui colúbas vendebant, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domù Patris mei, domù negotiationis. Recordati sunt verò discipuli eius quia scriptum est: Zelus domus tuę comedit me. Respòderunt ergo Iudei, & dixerunt ei, Quod signù ostēdis nobis quia hæc facis? Respòdit Iesus, & dixit eis, Soluite Templù hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudei, Quadraginta & sex annis edificatù est Templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autē dicebat de Téplo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ & sermoni què dixit Iesus. Cum autē esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, vidètes signa eius quę faciebat. Ipse autē Iesus nō credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei nō erat vt quis testimoniù perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. *20.

D CAP. 20.